

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

#### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/





۲

.

.

.

•

· · ·

## $\mathbb{N}$

. . . 


, ٠

# EPIGRAMMATA GRAECA

## EX LAPIDIBVS CONLECTA

EDIDIT

GEORGIVS KAIBEL.





# FRANCISCO BVECHELER HERMANNO VSENER

### V. S. L. M.

L

•

1.5 4ED -35-5-9

/

# FRANCISCO BVECHELER HERMANNO VSENER


V. S. L. M.

٠

.

٠

.



neque in bona segete nullum est spicum nequam neque in make non aliquod bonum.

Varro.

Vestrae fidei vestroque, viri optimi, amori quoniam hunc librum conmendaturus sum paucis exponere decet qualis quem ante hos sex annos nascentem vidistis singularique studio fovistis iam adultus ad vos redeat.

Epigrammata graeca e lapidibus excepta triplex fuit munus conligendi emendandi adnotandi, quorum primum sane non aeque mihi fuit difficile et ambiguum quam eis qui olim similem rem adgressi non tam conlegerunt epigrammata quam elegerunt. Mihi vero cum omnium quotquot ex lapidibus descripta habentur epigrammatum graecorum non eclogen sed syllogen plenam fere et absolutam proponere consilium fverit, si quae desiderantur ea errore culpaque mea omissa putaveritis. Consulto vero omisi cum es quae adeo mutila erant ut ne de natura quidem tituli integri iudicari posset tum ea quae ex codicibus anthologiisve petita iniuria aliquamdiu inter titulos ferebantur, velut epigramma Hesiodi tripodi inscriptum, Homeri Sapphonis Diogenis Oppiani epitaphia, Pythiae denique oraculum (C. J. 1724) a Cyriaco ex codicibus transscriptum et a Moroniano ex H. Stephani editione interpolatum, ut taceam de Aureoli titulo vilissimo (C. J. 6761), quo tandem liberavit nos Mommseni prudens iudicium (Anal. epigr. p. 255). Haec igitur cum non verendum sit ne quo invito praetermiserim, rectius fortasse ideo inculpabor quod ea non recepi quae etsi nemo recentioris memoriae in lapide viderit tamen vere inscripta fuisse aut luculentissimis constet testimoniis aut certissime demonstrari possit, velut quae in Anthologiae

codice Palatino VII 327-340 mapà roũ µaxapírou Γρηγορίου Καµψικοῦ descripta leguntur quaeve cum alii scriptores tum Pausanias ex periegetarum fide haud ambigua rettulit. Quae omnia una cum oraculis aliisque similibus inscriptionibus genuinis singulari aliquando libro conplexus edam, neque minus quae nostrae aetatis antiquitates investigandi sedulitas reperiendique felicitas nova protulerit conligere et ex instituto consilio tractare pergam.

Inedita haud ita multa mihi praesto fuisse epigrammata ipsa res tulit. Nam etsi amicorum auxilio nunquam destitutus accipiebam fere quae sive Romae et Athenis sive in aliis Graeciae Italiaeve partibus reperiebantur, tamen feliciter factum est ut nostrates quae alicuius essent momenti ad veterum res litterasque cognoscendas quam primum fieri posset edere consuerint. Sunt vero quae primus ego prodam sive a me ipso olim descripta sive aliorum beneficio debita.

Difficilius erat conlecta generibus inlustrare partibusque apte discribere. Cum enim in unum conprehendenda essent quae decem fere saeculorum spatio in omnibus fere orbis terrarum partibus, ubi quidem sermo graecus vigeret, lapidibus mandata essent, non e re fore arbitrabar si, quod recte faciunt qui Inscriptionum Corpora condunt, ex solo geographico qui dicitur ordine epigrammata digererem, qua scilicet re saepius disiungerentur quae iungenda erant diversaque plane conmiscerentur, sed varia argumentorum genera distinguenda, praeterea temporum locorum ingenii disciplinae artis ratio habenda erat. Meliora enim quarto a. Chr. n. quam tertio p. Chr. n. saeculo proveniunt, meliora plerumque Athenis quam apud Macedones Syrosque, melius Graeci quam barbari cultae linguae sero adsueti locuntur, et quod gravissimum est in certis quibusdam civitatibus provinciisque certum quoddam dicendi sentiendique genus florebat exercebaturque, quae omnes res, si quidem ipse mihi constare volui, in censum vel maxime erant vocandae. Itaque ut de sepulcralibus primum dicam titulis primam partem atticorum feci, ita tamen ut quae graecae essent aetatis quaeque romanorum temporum esse viderentur secernerem. Subjunxi insularum Asiaeque epigrammata, in quibus indolis graecae sive mavis artis alexandrinae longissime patent vestigia et fructus. Sed earundem regionum cum longe maior pars inferiorum esset temporum et hominum incultiorum, priore loco posui melioris notae epigrammata, altero reliquorum multitudinem adieci provinciarum fere ordinem secutus: nam in unum conponendi

erant Lydorum tituli, qui multi sunt et tamquam helluantur in varia de rebus futuris cogitatione (nescio an Erythraeis ducibus, beatorum colonis, cf. ad n. 904), neque minus Phrygiorum, quibus Graecorum de inferis fabulae maximam in contemptionem venerunt. Denique peculiarem locum Syris adsignavi, quorum quae potissima scribendi ratio fuerit neminem fugiet legentem. Ex Asia in Graeciam remigravi, cui priores partes eam ob rem denegaram ne vilia infimae aetatis carmina quae praevalent elegantissimis Ionum Dorumque epigrammatis anteponere cogerer: quamquam hac de re num recte iudicaverim iamiam dubitationis aliquid subnascitur. Restant qui a Graecis didicerunt Romani, qui quam sollerter veterum epigrammatographorum exempla secuti sint et excoluerint et Anthologiae poetae plurimi docent et prior quam a reliquis separavi Romanorum et Neapolitanorum epigrammatum pars: praevalent autem hic quoque ut par est viliora.

Dedicatoria longe diversum sibi postulabant ordinem, ut quae et pauciora essent et pro argumentorum diversitate sponte in diversas discederent partes : nam et ephebica et agonistica inter se divisi (nec poenitet fecisse) et proscynemata hymnos oracula iure mihi videor dedicatoriis adnumerasse. Septem igitur institui partes, quarum quo quamque modo disposuerim explicare nihil adtinet.

Claudunt agmen epigrammata varia quattuor in partes divisa omnia, e quibus prima terminorum aedificiorum fontium pontium titulos, quarta amuleta et diras conplectitur, reliquas duas magis dubito num recte administrarim.

Conlecta dum edo schedasque prelo trado haud mediocris succrevit Addendorum copia cum eorum quae recens inventa sunt tum eorum quae ego huiusmodi negotii nondum satis peritus vel omiseram vel falso olim loco conlocata retraxeram. Eisdem autem de causis vel Addendis quae adderem habui, quae in huius praefationis calce subicienda curavi; nonnulla doleo quod post confectos demum et typis expressos indices accesserunt. Addendis passim intermiscui corrigenda; correxi tamen ea tantam quae legentes offendere viderentur, alia permulta sciens praetermisi. Quod incredibili operarum socordia et inperitia factum est ut innumeris fere locis spirituum accentuumque notae dilapsae abierint, aegre hoc fero, aegrius vero quod ipse iusto saepius accentus perperam positos corrigere neglexi; qui errores quam digni sint qui graviter castigentur probe scio, quamquam neque aeque neque prudenter existimantis iudicis est in eis solis indagandis aut tempus terere aut eruditionem ostentare.

Superest longe difficillimum emendandi adnotandique munus. Duae autem sunt adnotationis partes, altera quae antecedit ipsum epigramma locum ubi repertum sit editoresque indicans : ubi minime omnium posui editorum nomina sed eorum qui vel optime ediderunt vel plenissime, ut Corporum editores, superiores editiones enumeraverunt; quae ipse descripseram asterisco numeris praefixo notavi - altera quae est critica et interpretatoria. Cuius primo loco saepius indicavi saeculi notam plerumque ex indiciis epigraphicis, interdum ex indole epigrammatis repetitam. Qua in re quin saepe erraverim non dubito, neque mirabitur qui quanta incuria praeter atticos titulos pleraque ex lapidibus describi soleant noverit quique quam fallax sit usus auriumque iudicium expertus erit. Tum variam lectionem adstruxi, ne hanc quidem plenam: meliora enim ubi praesto erant apographa deteriora ut par est abieci. ubi dubitationi locus videbatur relinqui cavi ne quid omitterem. Interpres esse studui quam brevissimus et quam rarissimus; neque enim quae ex continua epigrammatum lectione sponte explicantur tamquam in tironum usum usquequaque monui, eis fere contentus quae ad emendationem apta et necessaria essent. Hoc enim inprimis consilium secutus sum ut epigrammatum verba emendatiora quam adhuc legebantur proponerem, quod fieri potuit vel melioribus adscitis apographis vel deteriorum fide adcuratius examinata vel selectis doctorum virorum emendationibus. Et has quidem minime adfirmo omnes me cognitas habuisse, sed quod paucas memoravi hinc nolim reliquas me ignorasse conligatur; praetermisi enim quidquid inutiliter aut falso disputatum vel coniectum demonstrari poterat, ne supra modum libri moles augeretur neve vituperandi essent quos aut laudare mallem aut ne vituperio quidem dignos putarem. Praeter Boeckhium et Kirchhoffium quibus equidem laudandis non par sum felicissimi epigrammatum vindices atque emendatores extiterunt Fridericus Jacobs et Godofredus Hermann, alter horum studiorum omnino princeps, alter hoc potissimum nomine praeclarus quod etsi non ubique verum reperiret ubique tamen ad verum reperiendum viam monstraret. Privatim praeter vos ipsos, Hermanne Vsener et Francisce Buecheler, qui haerenti mihi nunquam auxilium denegavistis, unum nanctus sum operis tamquam socium Vdalricum de Wilamowitz, qui et interpretando et emendando quid potuerit praestare

VIII

sciunt qui admirabilem eius doctrinam noverunt, quid voluerit pro egregia eius erga me voluntate omnis fere pagina clamitat : illi igitur iucundum est etiam publice gratias agere singulares.

Ipse denique quam adcuratissime tituli verba transcribere studui ne orthographicis quidem mendis sublatis, iota muto quod dicitur adscripto ubi traditur adscriptum, subscripto ubi omissum est in lapide. Emendandi copiam ita mihi paravi ut varias et lapidariorum et describentium errandi causas ipse cum in Graecia Italiaque olim biennium versarer satis expertus ubi fieri potuit diligenter litterarum similitudines rimarer, ubi ex apographorum indole fieri nequibat epigrammatum usum diu observatum sequerer; quo fretus usu saepius mutila restituere conatus sum, ut pristinae formae imaginem repraesentarem; quod qui audacias factum clamitent ignoscant ubi bene cessit opera, ubi male cessit corrigant ipsi.

Ceterum monito vix opus est quae ab aliis inventa sunt ea vel minutissima ad suum quaeque auctorem me rettulisse; ubi nomen non additur meo ipsius agi periculo scitote. Permulta minus quam volueram emendata et perpolita manserunt, quorum alia nisi novis adhibitis apographis emendari posse desperavi, alia si quis sagacior integro iudicio rem adgressus erit facili fortasse opera sanabuntur. Ego cui diu incubui thesauro tandem e manibus dimitto.

Relicum est ut addam quae additurum me supra promiseram.

2. Artificis nomen restituit Lolling Mittheil. des archaeol. Inst. in Athen I 175 'Αριστίων Π]άριος. Cf. quae secuntur.

Add. 4a. Subscripta vidit Lolling l. s. s. haec:

**5TION: IAPI....O.4E** 

recteque legit 'Api] $\sigma \tau i \omega v : \Pi a \rho i [o \varsigma : \epsilon \pi] o [\eta] \sigma \epsilon$ .

69, 1. lege <sup>\*</sup>Ω τον κτλ'.

88, 1. Cf. Democriti apud Stob. serm. V 24 άριστον ανθρώπω τον βίον ενάγεω ως πλεΐστα εύθυμηθέντα καὶ ἐλάχιστα λυπηθέντα.

149. Litteris versuum initialibus nomen Sarapionem contineri vidit Nauck; ubi monuerit indicare nunc non queo. Intellege poetam. 173, 21 sq. Agathiae epigr. A. Pal. VII 551 : χαίρετον ῶ γλυχερώ χαὶ δμόφρονε· σήματι δ' ὑμέων

ώφελεν ίδρῦσθαι βωμός Όμοφροσύνης,

ubi v. 2 scribendum aut ωφελ' ένιδρῦσθαι aut έφιδρῦσθαι.

**182**, 2. lapis βαρνάμενος.

194. Sententia inde a v. 6 sic fere restituenda:

. . ἀδελφοῦ τε ἔστιν εὐχλεεστάταν
 ὀρᾶν ἅx]οιτ[ι]ν· βῶλος [ἀ]στέων δ' ἀπό
 ἡ]δ[υπνό]ο[ι]σ[ιν] ϫᾶπον ἄνθεσιν βρύοι.

certum enim videtur verbum βρύειν vi transitiva positum.

222 b. Mileti. Rayet Revue archéol. 1874 XXVIII 113.

'Αντήνωο Εδανδοίδου 'Αντιφάνης Μοσχίωνος Χίονις Χιόνιδος.

- 8. Τὸν Ἐστιαίου τῆς τραγωιδίας γραφῆ Εὐανδρίδαν κέκρυφ' ὁ τυμβίτας πέτρος, ζήσαντα πρὸς πάντ' εἰσεβῶς ἀνὰ πτόλιν ἐτῶν ἀριθμὸν ὀγδοήκοντ' ἀρτίων.
- 5 b. Οὐχὶ κεναῖς δόξαις ἐζηκότα τόνδε δέδεκται τύμβος ὅδ' ἐκ προγόνων, ταῖς δ' ἀπὸ τᾶς σοφίας ταῖς ἀπὸ Σωκράτεω πινυταῖς μάλα τοῦ τε Πλάτωνος, κοὐκ Ἐπικουρήοις ἡδονικαῖς ἀθέοις,
  Ἐστιαῖον τὸν φύντα πατρὸς κλεινοῖο Μενάνδ[ρου, ἐσθλοτάταν βιοτᾶς ἐξανύσαντος ὁδόν. κούφη γαῖα χυθεῖσ' ὁσίως κρύπτοις σὺ τὸν ἄνδρα ἐλθ]όντ' εὐ[σεβέων εἰ]ς ἱεροὺς θαλάμο[υς.

Circa Chr. natum videtur Antenor Euandridae filius Hestiaei nepos incultos versus in patrem avumque scripsisse, alterum pridem alterum nuper sepulcro conditum. Nec tragicum poetam Euandridam nec Socraticum novimus Hestiaeum; nomina ipsa testatur editor crebro in titulis Milesiis reperiri. — 1 articulum vocabulo  $\tau \rho a \gamma \psi \delta' a \varsigma$  adiectum ne mireris dixit Philostratus vit. soph. II 239 Clementem Byzantinum et  $\tau \rho a \gamma \psi \delta' a \varsigma$ et  $\tau \tilde{\eta} \varsigma \tau \rho a \gamma \psi \delta' a \varsigma v v \delta \sigma v$ . Videtur autem Euandridas  $\tau \tilde{\eta} \varsigma$  is  $\rho \tilde{a} \varsigma \sigma v v \delta \sigma v$ 

τῆς τῶν περὶ τὸν Διώνυσον τεχνιτῶν sodalis fuisse. — 12 xλίν]οντ' editor, qui cetera recte supplevit. Pro ἱερούς cave conicias σχιερούς, cf. 222,8. 228,7.

229 conl. Add. Ex ectypo ipse cognovi v. 1. Πωλιττα esse in lapide; idem nomen A. P. VII 335.

**248,9** fortasse  $\mu \sigma \rho a \iota$   $\partial t [\pi] \langle [\sigma \eta \nu \sigma] \sigma \iota - [\eta \lambda \iota x \iota \eta \nu x \lambda \iota \sigma \sigma u x \tau \lambda']$ . ad quae quod minus bene videbuntur proxima se adplicare inscitum adgnoveris interpolatorem, cf. adn.

251,1 sq. cf. Leonidae ep. A. P. VII 440 et index scriptorum s. v.

269,4. ilapais Xápiow dixerat Meleager A. P. VII 419,4.

271. Falso haec interpretatus sum. Scriptum fuit epigramma sub Panis statua ab Ampelio una cum Musis in luco quodam posita: non iam Echus amator sum (nam v. 3 scribendum  $H_{\chi \omega} \delta^{\circ} v \psi \lambda \epsilon \omega$ ), non iam pastorum delector sodalicio, sed ab Ampelio huc translatus Musarum socius frigida fontium arborumque umbra fruor.

288 a. Cypro in insula. Ceccaldi Rev. archéol. 1875 I 97. Σεμνόν ἀεὶ ζήσας βίοτον, μάχας Άρτεμίδωρε, σωφροσύνην διὰ σὴν χαῖρε χαὶ ἐν φθιμένοις.

Litterae ecw. — 2 xaîpe xal êv objuévoisiv Meleager A. P. VII 421,12; cf. epigr. sequens.

288 b. Cypro in insula. Ceccaldi Rev. archéol. 1875 I 97. Εἰ καὶ μοιρίδιον τέλος ἦγέ σε γῆς ὑπὸ κόλπους, Σώπατρε σεμνὲ θανών, χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοις.

Litterae eaedem quae antecedentis tituli, eadem praeterea  $\sigma \epsilon \mu \nu \sigma \tau \eta \tau \sigma \varsigma$ lans, eadem denique clausula v. 2.

288 c. Cypro in insula. Ceccaldi Rev. arch. 1874 XXVII 94.

										۲Ç
5	κείμαι ύπο χθονι τ[ηθε] τοις πριν αποιχομ[	•	•	•	•	•	•	•	•	•
		μό	eor			•	•	•	•	
	εύνασον ἦδη [9]υ[μ]ό[ν	•	•	•	•	•	•	•	•	
10	ά[ρ]×ετὰ τρι[σ	•	•	•	•	•	•	•	•	

Litterae  $\epsilon \in \omega$ . — Ab initio traditur

#### PHIC

#### ΗΡΠΑCΘΙΙ

#### ΜΗΔΕΝΑΠΑΤΡΙΔ

pentametrorum  $\epsilon i \zeta \vartheta \epsilon \sigma i \zeta$  diligenter observatur. — 5 XOONITII videtur hereditario sepulcro conditus ad pridem mortuos proavos se contulisse dici. — 7 FONEWNI P — 8 nescio cuius rei gratias agat Plutoni, cf. 462,14; fortasse precantem ( $\epsilon i \zeta [a' \mu \epsilon m v]$ ) nescio quid deus exaudierat. — 9 HAH YNO — 10 AFKETATPI rogatur deus iram missam faciat et adquiescat tribus quae rapuerit corporibus, cf. 413,7.

319,1. Eadem dictio μνημη παραδούναι est in Actis Timothei (ed. Vsener in progr. Bonnens. ad natal. inperat. 1877) p. 8.

324,1 scribe αμειλίχτων ύπο μοιρών.

372,31 scribe xai 8pyvei σε πατήρ, cf. 379,4.

409,1 scribe Νομίω ήρωι Τροκονδεύς.

425,7 scribe στηλίδα χαραξεν.

431a. Damasci. Waddington apud Lebas III part. VI n. 2549. Έντεῦϑ ἀρχιερεὺς ἐγψ ποτ' ῷxο[υ]ν, ἄνθος ξυράμενος νέων ἰούλων, ψυχὴν εὐσεβίης ὕπερ τεθηλώς

XII

καὶ σεμν[ῆ]ς μακάρων ὑπηρετείας. 5 ἀ[λλ]' εἰς γῆρας ἕκυσθε πάντες ἑξῆς, μνείαν Μητροφάνους ὅσοι ποιεῖσθε. νὶ τὸν Δία συντηρήσω.

l videtur ille èrravida et èrrevidev inter se confudisse. — 2 sqq. barbam quidem tonsam, sed animum validum habui ad pium sanctumque deorum ministerium. — 4 CEMNIIC — YNHETEIAIC Buecheler Mus. Rh. XXVII 475 scripsit  $\sigma \epsilon \mu v a c i n \rho \epsilon r \epsilon a c c c c r.$  Buecheler. — 7 subscripsit pius homo idem.

437,4 scribe ές γλυκερούς εύσεβέων θαλάμους.

444,1 nomen fuerit 'Ovopasto's.

474a. Spartae. Cumanudes Athenaei 1874 p. 484.
Θρέπτος ὁ ταῖς Μούσαις ἀρέσας, ὃν ἐπήνεσεν Ἑλλάς καὶ περίφρων 'Λσίη καὶ νοεροὶ βασιλεῖς, οὐκέτι ταῖς θυμέλαις ταῖς εὐστεφάνοις παρεδρεύω, τερπνὰ μέλη κελαδῶν τοῖς λιγυροῖσι χοροῖς.
5 οὐδὲ σύνευνον ὁρῶ[ν] φιλοσύνγαμον, οὐδὲ τὰ τέκνα

κεῖμαι τοῦτον ἔχων οἰκον ὑπαίδιον. παροδεῖτα χαῖρε.

Aetatis inferioris esse dicitur Threpti tibicinis epitaphium; inperatores intellegere licet M. Aurelium et L. Verum (v. 2). — 5 melius scripsisset oùo<sup>8</sup> žri rézva, ceteroqui enim haud inscite factum epigramma.

480 a. Mantineae. Foucart-Lebas 352 q.

 Φίλα δέ με γεί[νατο μήτης, Πρεϊμος δ' οὖνομά μοι, [Μαντινέη] δὲ πάτςη
 εἰκοστὸι λυ[κ]ά[βαντα καὶ] ὄγδοον οὖκέτι πλήσας ἥςπασμαι], γαμετ? παϊδα λιπών Ἰόλην.
 οὐδὲ λα]ϑεῖν εἴα με [τ]αχὺς δζόμος, οὐδὲ [παλαίστοης κ[ũ]μος, ἐν ήλαπίναις δ' ἐσθλὸς [ἐών κλέ]ομαι.
 ταῦτα μαθ[ώ]ν, ξένε, πεῖνε, γ[έλα, κώμ]αζε, μυρίζου κοινὰ γάρ ἐστι [βροτο]ἴς ταῦτα τὰ συνθέματα.

Litterae A  $\Sigma \in \omega$ . — 1 ab initio ò deïva  $\mu$ ' ésmesses; clausula est homerica II.  $\Phi$  109 dea de  $\mu\epsilon$  yeivaro  $\mu\eta$ rup. — 2 Marrivén Wilamowitz. —

3 6 7 8 suppl. Foucart, nisi quod v. 6 ἐσθλὸς ἀεὶ ×λέομαι voluit. — 3 ΛΥΓΑ quod nescio an cum editore servandum sit. — ΟΓΔΟΟΝΟΝ — 5 ΛΘΕΙΝ-ΙΑΧΥΣ — 6 ΚΟΜΟΣ uti v. 7 ΜΑΘΟΝ. Videtur inesse ea quam posui sententia haud ignobilem me sivit esse cursus pernicitas aut turba palaestrae, cuius laudabunt me sodales, cf. 663.

**492.** Ediderunt Cumanudes Athenaei 1874 p. 478 et Foucart Rev. arch. 1875 I 110, qui v. 1 sqq. recte suppleverunt:

> Οὐχ ἔστ' οὐδὲν τέρμα βίου θνητ[ῶν ἐπι]νοί[α]ις, ἀλλὰ Τύχη χρείσσων ἐλπίδος [ἐξ]εφάνη, ἡ χαὶ Τιμοχλέην Ασωπίχου ἠφάνιο' υἱόν κτλ'.

v. 5 confirmatur vitiosa lectio zal èv 'Hpazhéous rpls èv d'oloss, ubi Leo amicus recte fortasse rpiolv dollos proposuit. Addiderunt vero in eodem lapide ad dextram scriptum alterum epigramma, nimis quidem mutilum quam quod restitui possit, memorabile tamen non uno nomine:

<b>492</b> b.	Ἀπόλλωνος] Πουθιῆος τ Πούθια παγκ[φάτιον										
	Παΐδ[α Μεν]εκράτεω										
	Κορρείδας ίεραι νηα										
	έγνίκας έτι θεομός δ										
	Φοίβου τῶν ἐτύμων										
	Λύσιππος Σι[χυώνιος εποίησε.										

In praescriptis παγκράτων suppleverunt editores. — 1 παιθ.... εκρατεω Cum., ΚΑΙΔ.... ΔΕΚΡΑΤΕΩ Foucart. — 2 Κορβείδας Caman.; quartam litteram P potius quam B sibi videri esse ait Foucart; qui deinceps IEPAINIA... tradit; Cumanudes iεραι νῆα, addens tamen H incertam esse. — 3 θερμώς δ[ρου΄σας Cumanudes nescio quo sensu. Sententia certa conparato ep. 942 ἀλλ' ἔτι θερμών πνεῦμα φέρων σκληρᾶς παις ἀπὸ πυγμαχίας ξοτα παγκρατίου βαρύν ἐς πούνον. — Lysippum cum recte editor intellexerit notissimum illum Sicyonium, Polycletum cuius nomen priori subscriptum est carmini non minus recte idem minorem adgnovit Lysippi aequalem, Naucydis discipulum, ut iam certa habeamus saeculi quarti documenta. Notatu vero digna duorum epigrammatum eodem in lapide eodemque fere tempore insculptorum diversa dialectus.

524. Χρήστη τη συμβίω legendum vidit Wilamowitz.

550, 5 cf. Agathiae A. P. VII 574 n de xóun rilloura.

625, 3 vitium metricum sustuleris cum in archetypo pro πολλάκις fuisse sumpseris έξάκι simile.

639. L. Arulenus Anoptes est C. I. L. V 5762.

640,4. Idem in eodem nomine lusus in ep. Antipatri Thessal. A. P. IX 517 σοι δ' είκει μελπομένω, Γλάφυρε, — σύνομα και τέχνης και σώματος.

646a. Romae. Garrucci Bullet. arch. 1861 p. 37 cum notis Kiesslingii et Detlefsenii.

Θ(εοί)ς [×(αταχθονίοις).

Φρόντιζ' Έως ζῆς, πῶς Χαλῶς ταφήσεε. καὶ ζῆσον, ὡς ζήσο[ις]· κάτω γὰρ οὐκ ἔχις οὐ πῦρ ἀνάψε, οὐδὲ διπνῆσε Χαλῶ[ς. ἐγῶ λέγω σοι ταῦτα ἅπαντα πιράσας· ἐντεῦθεν οὐθὶς ἀποθανῶν ἐγίρε[ται.

Litterse videntur  $\in C w$  fuisse. — 2 ZHCOKKATO correxi;  $\delta \tau i \kappa \alpha \tau w$  male Detlefsen. — 5 suppl. Kiessling.

647, 1 sq. cf. Senecae epitaphium in Anthol. lat. (ed. R.) 667: cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores, ite, alias posthac sollicitate animas.

654, 7 κυδρή παρακοίτι confirmatur ex Homeri Il. Σ 184.

686, 5 sic fere scribendum videtur:

5

Πιεφίδων Μουσῶν ἰσαφίθμιός ἐστιν ὁ μάφτυς, ούς γε γ]ήνους προφέρεσκεν ἑῆς ἐκ νηδύος ἁγνῆς ἐννέα· τ]οῖς χαίφουσα φίλ[η θάνε] πᾶσιν ἀληθῶς

vitae testes etsi non ipsas Musas tamen liberorum numerum Musis aequalem habet, quos peperit novem.

698, 1 lege χυτή (ΑΤΕΗ) χατά γαΐα χαλύπτει. Versus enim homericus est 11. Z 464 άλλά με τεθνηώτα χυτή χ. γ. χ.

714, 7. Voluit davaros xai moipa xparan, quae sunt homerica II E 83.

743 a. Athenis prope Olympieum. Bulletin de correspondance Hellénique I 350. Ectypum vidi apud Kirchhoffium.

> Μνημα τόδε ης ἀρχης Πεισίστ[ρατος Ίππίου] υίός Θηκεν Απόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένε[ι.

Thuc. VI 54 Πεισίστρατος ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννευσαντος υἰός, τοῦ πάππου ἔχων τοῦνομα, [ος] τῶν δώδεκα θεῶν βωμον τον ἐν τῆ ἀγορῷ ἄρχων ἀνέθηκε καὶ τον τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου. καὶ τῷ μὲν ἐν τῆ ἀγορῷ προςοικοδομήσας ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος τοῦ βωμοῦ ἡφάνισε τοὐπίγραμμα· τοῦ δ' ἐν Πυθίου ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν ἀμυδροῖς γράμμασι λέγον τάδε· μνῆμα τόδ' ῆς ἀρχῆς κτλ'. Hoc ipsum iam exemplum nos tenemus, etsi cur ἀμυδρὰ visa sint Thucydidi γράμματα ex ectypo optimis clarissimis elegantissimis litteris scripto minime perspicitur. — 2 τεμενε iota lapide fracto periit.

757 a. Thisbe. Cumanudes Athenaei IV 378.

Εδ]χάν έκτελέσαντι Διωνύσωι Νεομήδης έργων άντ' άγαθῶν μνᾶμ' άνέθηκε τόδε.

1 εὐχὴν ἐκτελέσαι plerumque homines dicuntur votum susceptum solventes.

768 a. Thebis. Bulletin de correspond. Hellénique I 351.

Ξενοχράτης Θεόπομπος Μνασίλαος.

Ανίκα τὸ Σπάρτας ἐκράτει δόρυ, τηνάκις εἶλεν Ξεινοκράτης κλάρωι Ζηνὶ τρόπαια φέρειν, οὐ τὸν ἀπ' Εὐρώτα δείσας στόλον οὐδὲ Λάκαιναν ἀσπίδα· Θηβαῖοι κρείσσονες ἐν πολέμωι· 5 καρύσσει Λεύκτροις νικαφόρα δουρὶ τρόπαια· οὐδ' Ἐπαμινώνδου δεύτεροι ἐδράμομεν.

Narrat Pausanias IV 32,5 Thebanis cum instaret proelium Leuctricum a Trophonio inperatum esse ut clypeum olim ab Aristomene Messenio in herois fano consecratum inde repeterent tropaeique loco priusquam ad manus res veniret conlocarent; repetiisse autem Epami-

nondae rogatu Xenocratem; quem clypeum conspicatos Lacedaemonios fugisse. Hanc Pausaniae narrationem cum epigrammatis memoria fere congruam esse intellexit Buecheler Mus. Rhen. XXXII 479 sq., ipsum epigramma non omni ex parte ut mibi videtur recte interpretatus. Sic intellego: dum Lacedaemonii in eo est ut vincerent (confirmatur igitur Xenophontis iudicium Hellen. VI 4,13), Xenocrati sorte obtigit (sortiti autem erant praeter ipsum Theopompus et Mnasilaus) ut Iovi tropaeum adferret. Et adtulit ille hostium copias armaque nequaquam metuens: sic factum ut Thebani victores e pugna discederent, cuius rei testimonium tropaeum est Leuctris positum. Princeps quidem victoriae auctor Epaminondas fuit (Diod. XV 56,2), nos vero propter utilem cursus celeritatem illo vix inferiores. Adparet ex his periculosum aliquod per medios hostes iter fecisse Xenocratem ad reciperandum illud quod Iovi poneretur tropaeum, adparet non minus (cf. v. 6) singulari quadam hac in re celeritate opus fuisse. Tropaeum quale fuerit\*) mirum est quod ex titulo non discimus (hastam enim fuisse haud recte Buecheler ex vv. 1 et 5 conlegit); sed et hoc et inscita narrandi ratio, dictionis inconcinnitas et obscuritas, dialecti inconstantia (v. 5 doupí) eo magis ducit ut epigramma non iv saeculo sed tempore aliquanto recentiore scriptum putemus, quam eo ut rei memoriam a Pausania traditam fabulosa temporum longinquitate obscuratam dicamus. - 3 Diod. XV 53,2 of de Boiwrol - xarενόησαν τους Δακεδαιμονίους επέχοντας απαν το Δευκτρικόν πεδίον, quod Xenocrati videtur percurrendum fuisse. - 5 vixadopa doupi roonala sunt tropaea quibus victoria armis parta indicatur. - 6 currebant et Epaminondas et Xenocrates, alter contra hostes alter tropaeum ut repeteret.

784. Gravi meo errore factum est ut epigrammatis huius et verba et aetatem perperam constituerem. Teste enim Froehnero v a. Chr. n. saeculo scriptum est, legendum autem sic:

> Τέρπων είμι θεᾶς θεράπων σεμνης Αφροδίτης. τοῖς δὲ καταστήσασι Κύπρις χάριν ἀνταποδοίη.

Terpon corum daemonum numero accedit quales sunt Τύχων Γοργων Κηδαλίων alii.

<sup>\*)</sup> moneo de sacro clypeo, quem έχ τοῦ νεώ τῆς Ἀθηνἂς τῆς Ἐλιάδος λαβών ἕμα οἶ είχεν Ἀλέξανδρος χαὶ πρὸ αὐτοῦ ἐφέρετο ἐν ταῖς μάχαις Διτίαn. Anab. VI 9.3.

Kaibel, Epigrammata graeca.

834 a. Tauromenii. Ex Camardae libro Lettera sull'epigrafe Taorninear (Palermo 1862) repetiit Ritachl M. Rk. XXI 140 (Opusc. 1 784).

Δμφί παραστάσι ταϊσδε Σαράπιδος Έστίαι άγκόν βωμόν Βαρκαΐος Καρνεάδης έθετο, Εύκρίτου τός, ξεϊνε, δ νεωκόρος, ά θ' δμόλεκτρος Πυθιάς ά κείνου και θυγάτης Έρασώ. 5 άνθ' ών. δ κραίνουσα Διός μεγαλατχέας οίκους

θυμαρήν βιοτάς όλβον έχοιεν άεί.

Litteraram ex formis Cavedoni (Atti e Memorie delle Deputationi di storia patria per le provincie Modenesi et Parmesi Mod. 1563 I) probante Ritschelio titulum ante scriptum conlegit quam Angastas exactis incolis Tauromenio urbi praesidium romanum inponeret. — 2 Cyrenacus fuit cuam Carneades philosophus cognominis.

\*SILA. Roman. C. I. 5954b. Ηλικιή ταις είμε βρέτας δ εστήσατο Φζίες Ηρικλείος είκω ολογτά με κάικ Προδίκου. 10 τοτο 5. Chr. n. snoch.

831 h Roman C. 1. 5972.

зэція и антана, банна, банна и конча. Укладия антана бана ванана укра

Littorne EC.

Non Hyperte. Bulletin de correste, Federa 1 120 litteris minusculis.

LETTER & THE CONTRACT OF THE STATES STATES STATES TO THE STATE STATES ST

חניצ

Litteras editor ait aetatis macedonicae esse; indoles carminis videtur recentior. — 2 Aivieïs formam pro ea quae est vulgarior Aivieves conmemoratam ab Eustathio II. B 749 adtulit editor. — 3 φιλόπλου genetivus male conlocatus videtur ad *dperãs* referendus. — 6 σωτήρ και κτίστης et Olympius saepius vocatur Hadrianus C. I. 321 sqq. — 7 ήρώων qualis est Sosander.

877 b. Epidauri prope templum Aesculapii iuxta statuam virilem. Cumanudes *Athenaei* 1874 p. 273.

Άνθετο μέν μ' Ἐπίδαυξος Αριστείδαο Φίλιππον Περγαμόθεν, θείας κοίρανον ἱστορίας, ἀγλάισαν δέ μ' ἄν[ακτ]ες, ἐπεὶ πολεμογράφον αὐδάν ἔκλαγον ἁμερίων κόσμον έπερχόμενος.

'Εγώ παντοίων παθέων καὶ ξυνεχέος ἀλληλοφονίης ἀνά τε τὴν 'Aσίαν καὶ τὴν Εὐρώπην καὶ τὰ Λιβύων ἔθνεα καὶ νησιωτέων πόλιας καθ' ἡμέας γεγενημένων ὁσίη χειρὶ τὴν περὶ τῶν καινῶν πράξεων ἱστορίην ἐξήνεγκα ἐς τοὺς Ελ[λην]ας, όπως καὶ δι' ἡμέων μανθάνοντες ὁκόσα δημοκοπίη καὶ κερδέων ἀμετρησίη καὶ στάσιες ἐμφύλιοι καὶ πιστίων καταλύσιες γεννῶσι κακά, παρατηρήσει παθέων ἀλλοτρίων ἀπενθήτους ποιέονται τὰς τοῦ βίου δ[υςδι]ορθωσίας.

II p. Chr. n. saeculi. Ex eorum enim scriptorum numero est Philippus, quos Lucianus  $\pi \tilde{\omega}_{\varsigma} \delta \tilde{\epsilon} i \delta \tau \epsilon \rho$ .  $\sigma v \gamma \gamma \rho$ . c. 16 sqq. dialecto ionica usos impeine dicentes xal  $\pi \epsilon i \rho_{\eta \gamma}$  xal òxóoa xal voõooi cavillatur. Quas res apud Afros insulanosque nuper gestas ille enarrasse se glorietur videmur ignorare. Epigramma civitas Epidauriorum, subscripta ipse Philippus insculpenda curavit. — Cumanudis lectionem bis correxi, et v. 3, ubi  $\tilde{a}_{\tau}[\delta \rho] \epsilon_{\varsigma}$  illi exciderunt, et extremum vocabulum ubi ille  $\delta_{1;}$   $(av) o \rho \partial \omega \sigma u_{\varsigma}$  edidit; intellege ut Graeci alienis malis cognitis ipsorum infortunia efficiant ut dolore careant.

931,1. μῆλα Pythionicis praemia proposita saepius reperiuntur, cf. Luc. Anachars. c. 9.

932a. Olympiae. Fraenkel Diar. arch. 1877 XXXV 47.

Πρῶτος ἐγὼ Τρώων Πισάτιδος ἔρνει ἐλαίας στεφθείς χαρύχθην, τοὔνομ' Άχεστορίδης·

καὶ μὰν καὶ Λουσοί με κατέστεφον ἦδ' Ἐπίδαυρος
καὶ Φένεος Νεμέα τ' ἰαχεν ἀθλοφόρον.
ὅ ἦ ἑα τόθ' Ἐρμοκρέοντος ἐς υἱέα λείπετο πώλων
αἶμα παλαιγενέων κραιπνοῦ Ἐριχθονίου.

I fere a. Chr. n. saeculi. — 5 sententia non bene expressa haec est: tunc adparuit Erichthonii equorum prolem usque ad me Acestoriden Hermocreontis filium perdurasse. Equorum autem virtus (κραιπνότης) haud magis eleganter ip ipsum Erichthonium transfertur.

**938**. Edidit Cumanudes Athenaei 1874 p. 477, qui recte v. 4 στεφανο[i] supplevit.

938 a. Thebis. Cumanudes Athenaei 1874 p. 477.

 11]άμμαχον, ὦ Θήβα, χρατέοντά με παῖδα[ς ἀγῶνι καὶ τὸ πάλιν μεσάταν ἁλικίαν τίς ἐρεῖ τοίας ἐκ προβολᾶς εὐάγχριτον; ἁ δὲ Νέμειος νίκα μοι λεκτῶν ἦλθεν ἀπ' ἠιθέων
 5 πατρὸς δῶμα Τρίακος· ἄεθλα γὰρ οἱ παρὰ Δίρκαι

άμφαδὸν Έλλάνων πλεῖστα φέροντι νέοι. Τεισιχράτης ἐποίησ[ε.

Tisicrates Sicyonius IV saeculi artifex. Eiusdem igitur aetatis Phorystae alterius Triacis filii epigramma (n. 938) est, unde corrige errorem. — 1  $\pi d \mu \mu \alpha \chi ov$  —  $d \gamma \tilde{w} v \alpha$  Cumanudes, idemque v. 3  $d \delta \epsilon$  scripsit. At sic procedit oratio: vici primum pueros, tum qui pueros inter iuvenesque aetate sunt medii, denique vero Nemea victoria (quae in causa fuit cur imago poneretur) ex iuvenibus reportata est.

942 a. In provincia Trevisana repertum anaglyphum. Veludo Atti dell' Istituto Veneto di scienze lettere ed arti ser. III. vol. VIII.

> Κλαυδιανόν πύχτην λεντιάριοι ένθάδ' έθηχαν, τειμώντες χαί νῦν εἰχόνι χαί στεφάνοις.

1 lintearii videntur ei vocari qui velorum in amphitheatro curam agebant.

943a. Athenis. Vssing Graeske og Latinske Indskrifter i Kjöbenhavn (1854) p. 24.

#### Νειχήσας πολέμαρχος 'Απολλοφάνης Έυφήμου λαμπάδ' έθηκε θεοῖς τοῖσιν ἐνὶ σταδίοις. παιδοτριβοῖντος 'Αβασχάντο[υ κτλ,'

Anno 14<sup>1</sup>/<sub>8</sub> τῶν ἰδίων πολέμαρχος Ἀπολλοφάνης συνεφήβων fuit, Abascanti paedotribae anno decimo; cf. ad n. 960. — 2 dei sunt Mercurius et Hercules, cf. n. 943,2.

1028. A se olim confectum apographum versuum 1-29 et 48-70 benigne mecum conmunicavit E. Curtius, ex quo haec enotabo: v. 11 XAPA EEI, v. 14 TYPANNOI unde fortasse scribendum  $\tau up \acute{a} rww \pi p\acute{e} \sigma \beta a$  Kpórw  $\vartheta uy \acute{a} \tau \eta p$ , quicum congruit et hymnus Nysaeus (cf. p. 440) et Homeri versus quem imitatus est poeta  $\pi p\acute{e} \sigma \beta a \Delta i \acute{o} \varsigma \vartheta uy \acute{a} \tau \eta p$  (II. T 91). v. 16 QUOTEY, v. 18 EAINOTPONOZE, v. 19 QPANOZ, v. 22 ENNETAZEI quod reponendum est, v. 24 OHAYTEPA, v. 28 QPANIOIZI, v. 48 extr. ..... QI, v. 52 YNEIPOXOTANIKAN, v. 53 TEIMAN, v. 54 ANAN unde  $dv \acute{a} v$ xav scribendum, v. 62 ENI.

Eiusdem fere argumenti hymnum isiacum pedestri sermone scriptum apud Ietas inventum edidit Weil *Mittheil. des arch. Inst. in Athen* II 79, qui ab Eustratiade admonitus ridiculos suos de titulo errores ridicule retractavit *ibid.* II 189. Vtile erit Wilamowitzii adhibitis supplementis hymni verba huc transscribere.

octo fere versus perierunt ab initio

ἐγώ εἰμι . . . . ΓΥΝΑΙΚΙΘΕΟΕΚΑΛΟΥ ΕΡ.Η ἐ[μοὶ Βού]βαστις πό[λι]ς οἰκοδομήθ]η, ἐ[γω] ἐχώρισα γῆν ἀπ' οὐρανοῦ, ἐγω ἀ[στράσι]ν ἡδοὺς ἔδειξα, ἐγω ἡλίου καὶ

- 5 σε[λή]νη[ς] πορείαν συνέταξα, έγω θάλα[σ.. ΕΙΛΕΡΓ.Ε...Ε [έ]γω τὸ δίχαιον ἰσχυρὸν ἐπο[ίη]σα, ἐγω [γ]υ[ν]αῖχα καὶ ἄνδρα συνήγαγα, ἐγω γυναι[κί] δεχά[μη]νον βρέφος ἐνέ[σ]αξα, ἐγω ὑπὸ τέχνων γονεῖς φιλοστοργεῖσθαι ἐνο-
- 10 μοθέτησα, έγὼ τοῖς ἀστό[ργως γ]ονεῦσι διακειμένο[ι]ς τειμωρίαν ἐπέθηκα, ἐγὼ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Όσεί[ρ]ε[ος] τὰς ἀνθρωποφαγίας ἕπαυσα, ἐγὼ πυ[ροὺ]ς ἀνθρώποις ἀνέδειξα, ἐγὼ ἀγάλματα ἱστ]ᾶν ἐδ[ίδαξ]α, ἐγὼ τεμένη θεῶν ε[ί]δρυσά-
- 15 μην, [έ]γώ τυρά[νν]ω[ν] ἀρχὰς κατέλυσα, ἐγώ στέργε-

σθαι [γ]υν[αϊχ]α[ς] ύπ' ἀνδ[φῶ]ν ἀνάνχασα, ἐ[γὼ τ]ὸ δίχαιον εἰσχυφότεφον χφυσοῦ καὶ ἀφγυφίου ἐποίησ]α, ἐγὼ τὸ ἀληθὲς καλὸν ἐνομοθέτησα ν[ο]μ[ίζεσ]θα[ι], ἐγὼ συνγφαφὰς Ἐ[φμοῦ . . . 20 μ...Μ..ΤΟΥΣ

1 fortasse той дляде́од халой, cf. v. 18. — 2 е... ВАСТИЛЮ... corr. Wilam. — 3 е... иехириса corr. Weil. — 4 а... I. N corr. Wil. dortépui Weil. — 5 се... NII. corr. Weil. — ӨАЛАІ. | ЕІАЕРГ. Е... Е даλα'σσια έργα vix fuerunt, да'лаσσαν έστόρεσα Wilam. — 7 ЕУІ. АІКА et 8 ΔΕΚΑΙ. INON corr. Weil. — 8 ΕΝΕΑΞΑ correxi, ένέταξα Wilam. — 10 ΑΓΤΟΙCOHIONEIEI corr. Wilam. — 12 ΟСЕНЕӨЕ corr. Wilam. — 13 иунгис πυρούς probabiliter Wilam. — 14 ίσταν Wilam. έδίδαξα ego. εΔΡΥΓΑ — 15 ΚΓΝΤΥΡΑΙΝ. corr. Weil. — 16 СΘΑΙΥΝ... ΑΡΥΠΑΝΔΙΙΙΝ et εΓΤΟΔΙ corr. Weil. — 17 χρυσίου Wilam. — 19 N. M.... ΘΑΤ corr. Weil. — 'Ερμοῦ Wilam. — Adparet et Nysaeorum et Ietarum et Andriorum hymnos ad unum omnes fontem referendos esse.

1044. Duo praeterea huius epigrammatis apographa extant, alterum Vischeri Archaeol. Beitr. tab. VI 1, alterum Foucarti recens editum apud Lebas 331a, quorum prior v. 2 INEMEFAKAEIAE legit, Foucart eodem v. extr. EYEEBIAI, unde spretis Foucarti supplementis sic scribendum:

> Αίνεσον] εὐόπλου Φιλοποίμενος αίμα [λαχούσας, ξε]ῖνε, Μεγακλείας αίνεσον εὐσεβίαν

v. 3. ΝΑΠΟ Vischer, V. 4 ΛΝΙΑΣ...Ν...ΚΥ ΧΤλ'. Foucart, qui recte supplevit: αν από Δαμοκράτους λέκτρων ήνέγκατο μ[άτηρ, Οὐρ]ανίας [σεμ]ν[αν] Κυπριδος ἱροπόλον.

v. 6 ΞΟΥΝΟΙΣ ..... A. ΗΓΕΜΟΣΙ Foucart, qui legit καὶ ξούνοις δαῦμα καὶ ἀγεμόσι, quae nec intellego nec corrigo. — v. 7 ΕΙΔΕΓΥΝΑΠ.. ΟΙΟΚΛΑ Vischer, extr. Foucart A. ΞΑΤΟΦΑΜΑ — v. 8. ΥΘΑΥΜΑ Foucart, .... ΥΠΟ... ΙΟΝ. ΑΙ... ΠΑΡΕΤ Vischer. Redintegrandum distichon aliis relinquam. Foncart nec v. 7 πλούτοιο κλέος recte scripsit nec v. 8 οὐ δαυμαστόν. Bene vere idem monuit Vraniae Veneris apud Megalopolitanos templum Pausaniae aetate (VIII 35) iam dirutum fuisse.

1046,83 clausula est Theocritea XXV 158 ev ύλη χλωρα θεσύση. Ceterum initia versuum 31-46 in fragmento marmoreo repetita invenit

Detlefsen apud equitem Morbio Mediolanensem, praemisso fortasse nomine ['Arvía 'P]<sub>2</sub>[γίλλα]. Cf. Bullet. arch. 1863 p. 147 sqq.

1046a. Hermione. Foucart-Lebas 159g.

Τον παρθενώνα τόνδ' έτε [υξε nomen dedicantis πορών θεῆς Δήμητρος ἱερείαις [χάριν, ἐπὶ στρατηγοῦ τοῦ νέου Πα....

11 fere p. Chr. n. saeculi. – 1 έτευξε Foucart. – 2 χάριν Wilamowitz.

1072,5. Litterae ENTONTON possunt fuisse EYTPONION, cf. v. 10.

1087. Epigramma expressum videtur ex [Aeschyli] ep. Bergk. Poet. Lyr. II 571:

> άλχην δ' εὐδόχιμον Μαραθώνιον άλσος αν είποι χαὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

1100a. Olympiae. Dittenberger Diar. arch. 1877 p. 96.

'Η πόλις ή...τον δείνα] 'Αλείον τον αύτας πρόξενον [καὶ εὐεργ]έταν ἑλλανοδικοῦντα Διὶ 'Ολυμπίωι.

Τεύξεν 'Αριστομένης Μεσσήνιος 'Αγία υίός.

Ante Chr. n. factum videtur editori.

1117a. Tabula lignea ex Aegypto una cum sequenti in Americam translata, ubi extant in museo privato Eboracensi. Froehner *Tablettes grecques du Musée de Marseille* (1867) p. 4.

Όταν ποιῶν πονηρὰ χρηστά τις λαλῆ κὰὶ τὸν παφόντα πλησίον μὴ λανθάνῃ, διπλάσιος αὐτῷ γίνεθ' ἡ πονηρία.

1117 b. Tabula lignea; vid. ad ep. anteced. Froehner l. s. s.
<sup>7</sup>Ωι μη δέδωχεν ή τύχη χοιμωμένω, μάτην δραμεϊται, χἂν ὑπερ Λάδαν δοκμη.

1119. Eosdem versus in quattuor tabellis similibus musei Borelli (ex museo Clot-Bey) legit Froehner Tablettes greeque du Musée de Marseille p. 6, quarum in secunda tertia quarta praeterea haec sunt: Μ. Αὐρήλιος Θείδωρος τοῦ Ἀνουβίωνος ἐγραψα τῆ ἐ Θ. Aurelium autem Theodorum

alia quaedam tabella et ipsa ex Aegypto adlata docet fuisse saeculo III exeunte vel ineunte IV: Aŭρήλιος Θεόδωρος Άνουβίωνος ἔγραψα τῆ  $\overline{x9}$  ἡμέρα ἡλίου ὑπατίας Φλαουείου Κωνσταντίου καὶ Οὐα....τῶν ἐπάρχων. Consules fuerunt Flavius Constantius et Galerius Valerius Maximinus annis 294, 300, 302, 305, 306; cf. Froehner *l. s. s.* 

\*1119 a. Diptychon Mediolani in museo Trivultiano. Mommsen C. I. L. V 8120.

> $T\tilde{\psi}$  σεμνύνοντι τοῖς τρόποις τὴν ἀξίαν ὑπατος ὑπάρχων προςφέρω Φι[λό]ξε[νος. Fl. Theodo(rus) Filoxenus Sotericus Filoxenus vir ill. com. dom. ex magistr. per Thracia et consul ordin.

Anno p. Chr. n. 525. — 1 qui morum castitate consularem dignitatem inlustravit. — 2 cf. seq. ep.

1119 b. Diptychon Compendiense. Ex Gorio Mommsen C. I. L. V 8120 adn.

> Τουτί τὸ δῶρον τῆ σοφῆ γερουσία ὕπατος ὑπάρχων προςφέρω Φιλόξενος.

Vide ep. praeced.

1135,1. Formam μολόχην seravit cod. Π in Nicandri Theriac. 89.

Additis quae habui addenda praefandi finem faciam. Penes vos autem, viri optimi, praeter ceteros iudicium esto; vobis si videatur hinc illinc bonum aliquod spicum ex hac segete legi posse, maximo opere gaudebo. Valete.

Scr. Romae Id. Decembr. a. h. s. LXXVII.

#### XXIV

# I. EPIGRAMMATA SEPULCRALIA.

.

Kaibel, Epigrammata graeca.

•

• . . . .

#### I. ATTICA.

#### SAECVLI SEXTI.

\*1. Sepoliae. Kirchhoff C. I. A. 463.

Είτ ἀστή]ς τις ἀνὴρ είτε ξένος ἄλλοθεν έλθών, Τέ[ττ]ιχον οἰκτίρας ἄνδρ' ἀγαθὸν παρίτω, ἐν πολέμωι φθίμενον νεαρὰν ήβην δλέσαντα· ταῦτ' ἀποδυράμενοι νεῖσθ' ἐπὶ πρᾶγμ' ἀγαθόν.

1 supplevit Kirchhoff Herm. V 53 — clausula fere homerica Od. η 52. 33. μ 382. — 2 Τέττιχον restituit Kekulé Theseum p. 159.

\*2. Ad Dipylon. Ex Luedersii apographo E. Curtius et Kirchhoff Act. acad. Berol. 1873 p. 153.

Σῆμα πατὴρ Κλεήβουλος ἀποφθιμένωι Ξενοψάντωι θῆχε τόδ' ἀντ' ἀρετῆς ἡδὲ σαοφροσύνης.

In sinistro basis latere II] $a\rho_{105}$  quae artificis patriam indicant; a sinistra 16 vel 17 litterae perierunt. Kles $\beta_{00}\lambda_{05}$  in lapide est.

3. Incerti loci. Kirchhoff 465.

'Αρχένεως τόδε σ[ημα nomen defuncti έστησ' ένγὺς ἱδοῦ ἀγαθοῦ καὶ [σώφρονος ἀνδρός.

Supplevit Kirchhoff.  $-2 \Delta 01$  corr. Kiessling hastam pro interpunctionis nota habens (:).

1\*

\*4. εἰς το Φορβαντεῖον. Pittaces. Kirchhoft 466.

'Α]ντιλόχου ποτὶ σῆμ' ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος ἀνδρός

· · · · · · · · · · · · · · · · · ·

Alterius versus paucarum litterarum apices supersunt; tale quid fuerit ίστε προσερχόμενοι. Altero eiusdem cippi fragmento artificis nomen inscriptum 'Αριστίων μ' ἐπόησεν.

\*5. Ad Velanidezam. Kirchhoff 468.

Λυσέαι ένθάδε σήμα πατήρ Σήμων επέθηχεν.

6. Incerti loci. Ex apographo adcuratissimo archaeologorum Atheniensium (1851) Kirchhoff 469.

> Σῆμα Φρασικλείας κούρη κεκλή[σο]μαι αἰεί, ἀντὶ γάμου παρὰ θεῶν τοῦτο λαχοῦσ' ὄνομα.

7. Ad Sunium promunturium. Ex Rangabis Michaelis Cordellae apographis Kirchhoff 470.

> Τ]οι πικλέους παιδός Δαμασιστράτου ένθάδε σημα Πεισιάναξ κατέθηκε· τό γάρ γέρας έστι θανόντω[r.

1 init. . Pri Cord. At  $Tep \pi i \lambda \tilde{\eta}_5$  graecum nomen esse recte negat Wilamowitz. — 2  $\vartheta avouros$  Michaelis satis spatii negans superare ad *n* litteram supplendam; usus tamen et ratio formulae pluralem postulant.

8. Ad Sunium. Ex Cordellae ectypo Kirchhoff 471.

Ab initio paullo plura periisse quam sola defuncti patrisque nomina, coniunctio  $\gamma d\rho$  docet; fortasse viator ut iuvenem defleret invitabatur. Duo fuerunt disticha. — 2 Sauppe cum in Cordellae ectypo legisset  $AN\Delta$ ,  $dv\delta\rho\epsilon dav$  scripsit *Philol.* XXVIII 174. — Post  $\hbar\lambda uxdar spatia aliquid$ vacat, unde v. 3 ab ipso epigrammate seiungendum esse patet. Sed qui $<math>\tau \sigma \delta^{2}$  scripsit instituitque tam quaesitum verborum ordinem versum facere

#### I. Attica.

voluisse mihi quidem videtur, modo non poetam sed ipsum artificem (Epistemonem opinor Hippostrati f.) artis musicae ignarum extrema de suo addidisse pntes.

## 9. Sub Hymetto. Ex Velseni et Prokeschii schedis Kirchhoff 472. $\Sigma \tilde{i}_{\mu} \alpha \tau \dot{\delta} \delta \epsilon K \dot{\nu} \lambda \omega \nu \pi \alpha \dot{\delta} \delta \alpha [\nu] \dot{\epsilon} \pi \dot{\epsilon} \vartheta \eta x \epsilon \nu \vartheta \alpha \nu \dot{\delta} [\nu] \iota \sigma \iota [\nu \mu [\nu] \tilde{i}_{\mu} \alpha \sigma \mu \lambda \eta \mu \sigma \sigma \dot{\nu} \eta \varsigma \ldots \ldots \ldots \ldots$

Mirum in modum turbavit lapidarius semel corrupta (MTEMA), ter omissa v littera; neque enim potuit sexti saeculi homo  $\pi a/\delta^{2}$  of  $\epsilon \pi \epsilon \vartheta \eta \varkappa \epsilon$   $\vartheta a v \delta v \tau \iota$  scribere. Dualem reposuit Keil Ad syll. inscr. Bosot. p. 633 adn. 39. — Ross (Annal. Instit. IX 10) Cylonem tyrannum intellegit, cui etsi non aetas, ignobilis tamen scripturae habitus refragatur.

10. Inter Atticas. E schedis Mustoxydis Kirchhoff 473.

Σῆμ]α τόδ'[έ]ν[γ]ὶς ὅδοῦ Θεοσήμου [στῆσα (uxoris nomen) ἀν]δρὸς ἐμο[ί τ]ε φίλου κάγαθοῦ ἀνφ[ότερον.

1 ΑΝΑV4 — 2 ΕΜΟΛΕ Kirchhoff, qui omnia egregie restituit, ἐμοῦγε
 vel ἐμοιγε vel ἐμοί τε proposuit. γε particula, nisi plane inutilis sit, verendum ne ex ambiguo accipiatur.

Ceratiae. Ex Rossii apographo Kirchhoff 475.
 Λοι]μῶι θανούσης εἰμὶ [σῆ]μα Μυρίνης.

Supplevit Kirchhoff.

12. In occidentali urbis parte. Kirchhoff 476.

Ἐνθάδε σῆμα θανόντι φίλωι Χ]σενόφα[ντος ἀδελφῶι Ἐνδόχ]σωι κατέθ[ηκεν, ἐπεὶ πάρος ὤλετ' ἄ]ώρος.

1 ένθα κασιγνήτω σημα Ξενόφαντος ἀδελφός Kirchhoff. At ένθα pro ἐνθάδε positum ante romana tempora in titulis atticis non reperitur. - 2 suppl. Kirchhoff.

13. In ea parte urbis, cui nunc nomen Palaeochori. Kirchhoff 477.

Ἐνθά]δε Φ[....(nomen mariti) ἄλοχον] κατέθηκε θανοῖσαν Λ[αμπι]τω αἰδοίην γῆς ἀπὸ πατρωίης. Ἐνδοιος ἐποίησεν.

1 Tỹ]  $\delta\epsilon \phi[\lambda_{NV} \lambda_{\lambda_{0}\chi_{0}V} \delta \delta\epsilon \tilde{\nu} va]x. \vartheta.$  Kirchhoff. At quattuor ab initio litterarum spatium vacat. Cumanudes *tit. att. sepulor.* 3090 .... ov  $xa\tau \epsilon \vartheta \eta x\epsilon$ , ubi ov litterae errori fortasse tribuendae. — 2 suppl. Kirchhoff. Maritum qui posuit monumentum ex Ionica aliqua civitate oriundum fuisse, e dialecto evicit idem *Herm.*V 54.

14. Eleusine. Kirchhoff 478.

Α]ἰνείαι τόδε σῆ[μα πατὴρ ὦι παιδὶ θανόντι Τιμοχλῆς ἐπέ[θηχε

1 suppl. Bergk. Diar. archaeol. 1850 p. 172. Ross Diar. archaeol. 1844 p. 295 unum versum effecit Aiv. τόδε σῆμα πατήρ Τιμ. ἐπέθ. idque nunc etiam Bergkio persuasit (Histor. litt. gr. I 384)

15. Inter rudera muri Themistoclei. Ex Rossii apographo Kirchhoff 479.

Σημα φί[λ]ου παιδός τόδε Δ.... (nomen patris) κατ]έθηκεν Στησίου, ὃν θάνατος [δακρυ]όεις καθέχει.

1 ΤΟΔΕΙΔΕΝΔΙ . . . quod Δημάνθης vel simile nomen fuisse Ross coniecit Jahn. Annal. 1833 II 437. Certe littera I post τόδε interpunctionis nota : videtur. — κατέθηκεν Kirchhoff ἀνέθηκεν Ross. — 2 suppl. Ross.

\*16. In fundamentis ecclesiae Euangelismi. Kirchhoff 481.

Κούπτει σημα τόδ'...]ην, ἀώριην εἰς Ἀίδαη, πᾶσι λιπόντα φίλοις πέ]νθος, ἀποιχόμενον.

1 χρύπτει σημα . . . .]ov Kirchhoff. At demonstrativo pronomine τόδε opus est.

17. In Propylacis. Kirchhoff 482.

Δημο]χά[ρους τόδε σημα πατήρ χατέ]θηχεν nomen patris παιδό]ς χηρῦχ[σαι μνημα σαοφρο]σύνης.

Suppl. Kirchhoff. — Subiunctum erat artificis nomen ab litteris не incipiens.

18. Prope Liopesi. Ex Rossii apographo Kirchhoff 487.

. . . . . . . . . ού]νεκα πιστος έφυς.

19. In regions Attica. Kirchhoff 492 qui haec scripsit:

Positum statuo titulum ad locum designandum consecratum, quo virum quendam olim a puero adamato riza suborta interfectum esse fama ferebat, rusticorumque hominum prodere artem litteraturae genus minus elegans et inconstantia insigne. Haec autem videntur carminis verba fuisse:

<sup>2</sup>Ενθάδ' ἀνὴρ δ . . . . . ονηια· παιδος ἐρα[σ]θ(ε)ίς νείχεα συνμεί[ξας] πόλεμόν θ' ἅμα δαχρυόεντα ὤ]ναθ', δ[πρ]ος φί[λου] ὥλετ· ἐ[χείνου δ']ἰερός εἰμι.

wraste dixit Euripides Herc. fur. 1368. Versu extremo τὸ ἡρῷου vel τοῦ ἡρῷου vestigia adparere haud inepte conieceris. — Mira multa, incerta plurima esse patet, quibus tamen certiora non substituam. Rusticorum autem hominum carmen vix est, si quidem recte conicio v. 2 ex Anacreontis elegiis desumptum esse fr. 94 B.

> ού φίλέω δς κρητήρι παρὰ πλέψ οἰνοποτάζων νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει άλλ' δστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' ᾿Αφροδίτης συμμίσγων ἐρατής μνήσκεται εὐφροσύνης.

Koehler, qui descripsit, iterum examinato lapide haec tradidit: 1 post drýp haec OT. OBEL TAHONEIA 2 4YMMEI41 3 INAGO/ OSOL+ OLETE. — Extrema spatio interiecto extra versuum ordinem posita TOHEPOTOR. — Inter sepulcralia rettuli cum Kirchhoffio.

#### SAECULI QUINTI.

**20.** In Ceramico positum fuisse titulum testis est Pausanias I 29,7. Kirchh. 441. Ad dextram nominum tabulae superest vocabulum  $\mu a \rho \nu \dot{\alpha} - [\mu \epsilon \nu o \iota]$ , quod cum undique mutilus sit titulus, ne hoc quidem sciri potest, quo versus loco positum fuerit. Nec tamen neglegi fas duxi, quia certis omnino rationibus Boeckh demonstravit fragmentum esse epitaphii quod sociis Cleonaeis in pugna Tanagraea occisis Athenienses publice posuissent.

21. In campo Academiae (i. e. in Ceramico), nunc in museo Britannico. Anaglypho, quod periit, tres bellatores nudi exsculpti, quorum sinister humi iacet hasta medii ictus, dexter aversus ab his vibrat hastam. Kirchhoff 442. Novum apographum ed. Hicks Inscr. gr. mus. Brit. I 111.

8.	'Αθάνατόμμε [θ]α[νοῦσιν ἔθηχαν σῆμα πολῖται
	σημαίνειν άρετ[ήν τῶνδε χαὶ ἐσσομένοις,
	<b>και προγόνους</b> [άζετῆς δέ
	νίκην εὐπόλεμομμνῆμ' ἕλαβον [σ]φ[ετέρας.

5 b. Αἰθὴρ μὲμψυχὰς ὑπεδέξατο, σώ[ματα δὲ χθών τῶνδε, Ποτειδαίας δ' ἀμφὶ πύλας ἔδ[αμεν ἐχθρῶν δ'οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, ο[ἱ δὲ φυγόντες τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο [βίου.

 « <sup>2</sup>Ανδρας μεμπόλις ήδε ποθεῖ καὶ δ[ημος Ἐρεχθέως, πρόσθε Ποτειδαίας οῦ θάνον ἐμπρ[ομάχοις, παῖδες Ἀθηναίων, ψυχὰς δ' ἀντίρρο[πα θέντες ἠ[λλ]άξαντ' ἀρετὴν καὶ πατ[ρίδ'] εὐκλ[έισαν.

Unius Fauvelii fide haec constant: 1 OMMEOA 2 APET 3 post  $\pi\rho e^{\gamma\delta\nu\sigma_0\varsigma}$  (quod ex Hicksii apographo nunc certum est) GENEX vel GNNEX 4 ABOI.  $\Phi$ . — v. 1—4 Boeckhii supplementis, quae vv. 5—12 certa sunt, mea praetuli, nisi quod v. 3 nihil certi video cf. [Simon.] ep. 105 B.  $xd\lambda\lambda\iota\sigma\tau\sigma\nu$  δ'  $d\rho\epsilon\tau\eta\varsigma$   $\mu\nu\eta\mu$ '  $\tilde{t}\lambda\iota\sigma\nu\nu$   $\phi\theta\ell\mu\epsilon\nu\omega$  — 6 Et Hicks, qui male legisse videtur. — 5sq. ne in funebri quidem publica laudatione nova Euripidea philosophandi ratione abstinetur. — De re ipsa Thuc. I 63 'A $\eta\eta-\nu\alpha\ell\omega\nu$  δ'  $a\partial\tau\omega\nu$   $\pi\epsilon\nu\tau\eta'$ χοντα και έκατον ( $d\pi\epsilon\thetaa\nu\omega$ ) και Καλλίας ό στρατηγός.

22. In Aegina insula. Ed. Kirchhoff Act. acad. Berol. minor. 1873 p. 265.

> Χαίρετε οἱ παριόντες, ἐγὼ δὲ Ἀντιστάτης ὑὸς Ἀτάρβου κεῖμαι τῆιδε Ξανών πατρίδα γῆν προλιπών, Ἀντιστάτης Ἀθηναῖος.

Sub ol. 83 titulus editori scriptus videtur. — 2 poeta cum extrema scriberet oblitum se esse sensit patriam indicare; itaque qua sola potuit ratione patriae nomen infra subjecit repetito mortui nomine.

23. Thorici. Ex suo ectypo Belger benigne edendum permisit.

Καλλίμαχος. Καλλιμάχου μνημεϊον έν άνθρώποισι τόδ' έσται χαίρετε δ' οἱ παφιόντες, έ[γ]ω δὲ λιπών πατρίδα ἐνθάδε χεῖμαι δύσμορος, οὐδὲ φίλους γονέας ἐπιδών.

IV saeculi ineuntis. v. 3  $\delta\delta\epsilon$  ex falsa analogia scriptum et  $\phii\lambda o_5$ . Tamen huc rettuli epigramma praecedenti simillimum, nisi quod Callimachi patriam indicare oblitus plane est poeta. — 1  $\mu r \eta \mu \epsilon \tilde{\iota} \sigma r$  monumentum, non sepulcrum. — 2 EFIG.

#### SAECVLI QVARTI ET TERTII SECVNDIVE.

